Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Ne proponens iniquitates eorum et
peccata eorum a facie tua non deleatur.
Fiant convertentes in conspectu tuo in
tempore furoris tui domine deus noster. S.
Illo tempore dicebat dominus Johem.
turbis. Amen amen dico vobis nisi
manducaveritis carnem filii homi
nis et biberitis eius sanguinem non ha
bebitis vitam in vobis. Qui mandu
cat meam carnem et bibit sanguinem
meum in me manet et ego in eo. Sic
misit me pater vivens et ego vi
vo propter patrem. Et qui mandu
cat me et ipse vivet propter me. Hic
est panis qui de celo descendit.
Non sicut manducaverunt patres
vestri manna in deserto et mortui
sunt. Qui manducat hunc panem
vivet in eternum. Hec dixit in
synagoga docens in capharnaum.
Multi ergo audientes ex discipulis
eius dixerunt. Durus est hic sermo
quis potest eum audire. Sciens
autem ihesus apud semetipsum quia
murmuraverunt de hoc discipuli
eius dixit eis. Hoc vos scandali
zat. Si ergo videritis filium ho
minis ascendentem ubi erat prius.
Spiritus est qui vivificat caro non pro
dest quicquam. Verba que locutus
sum vobis spiritus et vita sunt. Sed
sunt quidam ex vobis qui non
credunt. Sciebat enim ab initio
ihesus qui essent credentes et quis
traditurus esset eum. Et dicebat. 62
Propterea dixi vobis quia nemo po
test venire ad me nisi fuerit ei da
tum a patre meo. Et hoc multi dis
cipulorum eius abierunt retro et ja
non cum illo ambulabant. Dixit ergo
ihesus ad duodecim. Numquid et vos
vultis abire. Respondit ei symon
petrus. Domine ad quem ibimus. Ver
ba vite eterne habes et nos cogno
vimus et credidimus quia tu es xpc
filius dei. Respondit eis ihesus. Non
ne ego vos duodecim elegi et un
ex vobis diabolus est. Dicebat
autem iudam symonis scariothen.
Hic enim traditurus erat eum
cum esset unus ex duodecim. Sc.

Pria qs omipotens deus ut ieunio
placatus sacrificiis remissionis
tue nos venia prosequaris. P. co.

Adesto domine fidelibus tuis et qui
celestibus reficis sacramentis. a
terrenis conserva periculis. P. s. p.

Plebs tua domine qs benedictio
nis sce munus accipiat quod
et novam queq; declinet et opta
ta reperiat. P. Ordo in die pal
Sicientes venite ad aquas. Ps. cum versu manum.

Deus quem diligere et amare
iustitia est ineffabilis gratie tu
e in nobis dona multiplica. ut q
fecisti nos in morte filii tui spera
re quod credimus fac nos eodem
resurgente pervenire quo tendimus. P.